

SMILAX HORTENSIS.

stant, si ex lactebubulo pingui elixentur. Hinc itaque fit, ut certò potius credam, hoc Phaseolorum genus dolichos esse, quàm erviliam Manardo vocatam. Illud insuper hac in re sentit Manardus, quòd Dioscorides Phaseolorum appellatione, de quibus supra mentionem fecit, non quidem communes ac triviales, sed erviliam significaverit: Smilacis verò hortensis nomine, de qua hic sermo, vulgares illos phaseolos representaverit. Qui (ut suam tueatur sententiam) consentaneum minime videri inquit, quòd duobus diversis capitibus eodem libro de Phaseolis scripserit Dioscorides. Sed haudquaquam à ratione & veritate cum alienum existimarem, qui responderit, primum tractasse Dioscoridem de vulgaribus & candidis Phaseolis, qui passim in campis aliorum leguminum more seminantur, ubi de omni segete, & leguminibus differunt. Deinde verò de versicoloribus, qui in hortis & viridariis ad operariaria explenda seruntur, inter ea, quæ in hortis & viridariis coluntur. Quamobrem ut hortenses à campestribus secerneret, inquit: Hortensis Smilax frutex est, &c. Quòd manifestè declarat, cum hic de hortensibus, illic verò de iis, quæ in campis proveniunt, intellexisse, atq; eos ita sejunxisse. Quæ in re non potui non quandoq; admirari Manardum, medicum alioquin ingenio & doctrina insignem, quòd tam facile adductus esset, ut asseveraret dolichos esse erviliam, cum eum legisset existimandum sit, Galeno & Paulo erviliam ochrum vocari. Planta, quæ οὐλινὰς ὑγναία Græcis: Smilax hortensis Latini appellatur: Arabibus, Lubia: Italiis, Smilace de gli horti, & Fagivolo Turchesco: Germanis, Welsche Bonen: Hispanis, Feyones: Gallis, Faseolos de Turquie & Fajes peintiles.

Nomina.

Smilax hortensis, quòd Smilacis modo arborescenscendat, ἀκμὴς Hippocrati, aliis ἀββ, aliis παρὶς. Smilax hortensis, Brunf. Trag. Fuch. Matt. Cord. in Diosc. Gef. hor. Lacu. Cast. Lugd. Tab. Cam. Phaseolus, Dod. gal. Cord. in hist. Gef. hor. Clus. Pann. Phaseolus vulgaris, Lob. Dolichos, Anguillaræ, Dod. fol. Lacun. Plurima nunc habentur Phaseolorum genera: est namque vulgaris, sunt Brasiliæ, Indici, Americani, & horum omnium plurimæ differentiae: etenim in vulgari observare licet diversitatem in floris colore, qui vel niveus, vel flavescent, vel purpureus sive amethystinus: in fructu major coloris varietas, sunt nivei, flavi, ex flavo obsoleti, purpurei, rubri, latericei ferè coloris, amethystini, cærulei, nigri: vel albi nigris venis & lituris distincti, sic & carnei & etiam cinerei similibus venis notati. Sed de his & aliis suo loco plenius.

Medicæ.

MEDICA.

CAP. CXLI.

Medica, cum recenter prodiit, foliis & caule trifolli pratenfi similis est: procedens verò folia contrahit, caules edens trifolli, & siliquas corniculorum modo intortas, in quibus semen lentis magnitudine dependet. Id siccatum, jucundi saporis gratia, conditaneo sali admiscetur. Viride, quibus refrigeratione opus est, illitu suffragatur. Herba tota pro gramine utuntur, qui pecora alunt.

Medicam inde nominationem invenisse certum est, quòd primùm, Plinio libro 18. cap. 16. auctore, ex Media in Italiam advecta fuerit. Verùm etsi hac quondam in universa Italia severetur ad pecorum pabulum & omnibus ferè cognoscitur, jam tamen pauci sanè repeririuntur, qui Medicam viderint, ne dum serant: quanquam non desunt, qui eam se consecutos existiment. Non defuerunt, qui mihi varias plantas pro Medica ostenderent. At quoniam paucis admodum notis medicam referebant, non libuit ullam Medicæ imaginem hic exprimere. * Et cum ab amicis hoc anno semen accepissem, illudque magna cum diligentia terra mandassem, accidit solo forsitan repugnante, ut nulla exorta sit planta. * Hac (ut Plinius tradit loco citato, & antiquorum

Medicæ consider.

M m 4

rum

rum pleriq; testantur) uno tantum satum plus tricenis annis perdurat. Eadem (ut quidam referunt) abundat Hispania, ubi magna admodum cura colitur ad jumentorum & pecudum pabulum: eamq; Alsalsa vocant, nomine ab Arabicis corrupte mutuato. Nam (ut lib. 2. cap. de Cot inquit Avicenna) vocatur etiamnum Aphris Alsasafat. Nascitur & in Gallia, si Nomina. Ruellio credimus, ibiq; majus trifolium appellatur. Medica sic Latinis & Italis, ut Græcis *μυδιμή* nominatur: Mauritania (ut modo dictum est) Cot & Alsasafat: Hispanis Alsalse, Ervaye & Alsalsa: Gallis saint Foin vel grand Treffle.

Medicæ nunc apud Italos & Gallos usitata figuram (cùm Matthiolus non habeat) addere volumus, hæc q; dicitur Medica, Dodo. gal. & fol. Cord. in Diosc. Gef. hor. Lacu. Cast. Cam. Cæsal. Medica sativa, Lugd. Fœnum Burgundiacum. Lob. cujus hæc esto descriptio, cum Medica Dioscoridis conveniens. Ex radice longa, tenui, lignosa, complures cauliculi cubitales, rotundi, virentes, infirmi, ut plurimum pro-
cumbentes prodeunt, circa quos folia trifoliorum forma, initio latiora, dein minora, oblonga, per ambi-
tum ferrata: flores Trifoliorum forma in foliorum alis quasi in spicam exeunt, colore cærulei: quibus
succedunt siliquæ cochlearum similitudine, sed angustiores, ut cornu arietis intortæ, in duas tresve spi-
ras contractæ, quæ semen minutum, oblongum & flavescens continent. Variat floribus cæruleis, vio-
laceis, ex cæruleo purpureis, subnigris, mixtis & etiam luteis in Hispaniæ sylvestribus, ut & Galliæ Nar-
bonensis reperitur. Apud Hispanos fœni gratia in agris seritur, & singulis æstivis mensibus demeti solet,
siquidem multos annos radice vivat.

Αφάκω.

APHACA.

CAP. CXLII.

Meum
fruticosa
i. frutex
est.

Aphaca in arvis nascitur, altior lente, tenuibus foliis: siliquas lenticula majores fert, in quibus ter-
na, quaternave semina nigra lente minora, continentur, quæ adstringendi vim habent: quare torre-
facta, stomachi, alviq; fluxiones sistunt, si fresa lentis more decoquantur.

Aphacæ
consider.

Non solum in universis Italia locis Aphaca sponte nascitur inter segetes, sed & à multis in campis seritur leguminum & ervi modo, ad columbarum saginam. Folio germinat vicia majore, crassioreq; quadrangulari caule, flore subrupeo, siliquis inde dependentibus pisorum instar, brevioribus tamen, sed lenticula majoribus, in quibus includitur semen, vicia
quadantenus majus. Goritienfi agro frequentissima nascitur inter segetes, & prope sepes. Quo fit, ut maxime aberrant,
qui censent Aphacam nihil à Vicia differre, qua inter segetes ubi copiose provenit, & seritur quoq; ad columbarum,
saginarumq; volucrum saginam. Quippe quòd hæc minori sit folio, Aphacæ angustiori, in acutum desinente: tenuiori caule: 30
Vicia cō-
funden-
tium.
Galenus
de Aph-
acæ & Vi-
ciæ.

I. APHACA.

II. VICIA.



est, veluti fabarum, sed aliquantò latiuscula, similiter lenti. Hæc quoq; cum sua planta, & valvulis integra rustici repo-
nunt, ut brutis pecudibus pabulo sint. Per famem tamen quosdam novi, qui hæc quoq; comederint, potissimum vere cūm
etiamnum virent, quemadmodum fabas, & cicera esit are consueverunt. Semina autem hæc non solum insuavia sunt, sed
concoctum

concoctu etiam difficilia, & alvum retinentia. Perspicuum ergo est cum hujusmodi naturam obtineant, alimoniam quoque, quae ex ipsis in corpus permanat, improbi crassius, succi esse, idoneam ad humoris melancholici generationem: hactenus Galenus. Aphaca semen, vicia modo amarum est, & terrena essentia, ideoque absterforia est facultatis, adstringendi quoque vim habet. Vicia excalfact, & siccant, mundant, abstergit & adstringit. Viribus non differt ab Aphaca. Sed non desunt, qui scribant, Aphaca & Vicia farinam, urinae cieri, tabidosque javare, ubi ex prisana frequenter sumatur. Illinitur quoque, utiliter vino subacta, ad serpentium, hominum, canum, ceterorumque, quadrupedum morsus: melle excepta, & illita lentiginis, varos & cetera cutis vitia delet. Ceterum illud animadvertendum est, quod Theophrastus lib. 7. cap. 7. & 11. de plantarum historia Aphacam inter intybacea, vel cichorii genera continuerat. Quare mirandum non est, si etiam in aliis quibusdam à Dioscoride discrepet, quemadmodum in coronopo, orobanche, ac aliis nonnullis ostendimus. Nec mirum etiam Plinium hac in historia variasse: nam lib. 27. cap. 5. Dioscoridis Aphacam ad verbum retulit: libro verò 21. Theophrastum secutus, eam inter cichoracea reposuit. Quae Graecis ἀπάκη: Latinis item Aphaca & Aphace nuncupatur: Arabibus Apaki, Asaki sive Albikia: Italis Aphaca: Germanis Wilde Wicken und Vogels Wicken: Gallis Vesse sauvage. Vicia Graecis βίωρ: Italis Veccia: Germanis Wicken: Gallis Vesse.

Vicia à vinciendo Varroni, quòd capreolis se vincere soleat: hæc fativa est & sylvestris, vel angustiore vel latiore folio & horum rursus differentia. I. Vicia latiore folio. C. B. Aphaca, Matth. Aphace, Fuch. Vicia major sylvestr. Trag. Vicia, Dod. gal. & fol. Lacun. Gef. hort. Lob. Vicia sylv. Lon. Vicia vera, Lug. Cracca major, Tab. II. Vicia angustiore folio C. B. Ervum, Brunf. Vicia major & Orobus, Trag. Vicia, Matth. Cord. in Diosc. Fuchf. Lon. Vicia vulgaris fativa, Clus. Pan. Aphaca vera, Lugd. Arachus
 20 Dod. gal. Craccæ primum genus, Dod. folio.

Πράσεν πεφαιωτόν.

PORRUM CAPITATUM.

CAP. CXLIII.

Capitarum porrum inflationem facit, noxium succum creat, tumultuosum somnium parit, urinam ciet, alvo accommodatur, extenuat, oculorum aciem hebetat, menses pellit: sed lædit exulcerat, & vesicam renescit: cum ptisana verò coctum, esu pectoris vitia extrahit. Comaejus in aqua maris, & aceto cocta, in deflectionibus ad præclusiones vulvæ, & duritias, utilis habetur. Porrum bis aqua mutata coctum tum frigida maceratum, dulcescit & multò minus inflat. Semen acris est, & quandam adstrictoriam vim habet: quare succus cum aceto, addito thure aut manna, sanguinis profluvia sistit, maxime si naribus erumpat. Venerem stimulat: contra omnia thoracis vitia, & tabemq; pro delinctu efficax est: arteriam esu purgat: sed si assidue estur, visus obscuritatem inducit: stomacho adversatur. Succus ex melle potus aut illitus, contra bestiarum morsus auxilio est. Ipsum quoq; cum aceto aut thuris polline, lacte aut rosaceo, utiliter aurium doloribus, & sonitui instillatur. Varos tollunt folia illita cum rhoe, qua ad obsonia utuntur: epynictidi medentur: crustas ex sale illita rumpunt. Veteres sanguinis rejectiones cohibent, seminis drachmæ binæ, cum æquali baccarum myrti pondere potæ.

i Omnia
exem xpi
πρὸς πᾶσι
Iheronimus
πάντα σέσω-
μένη ἀντὶ
ἐκλεκτοῦ.
πρὸς xpi
πρὸς φθί-
σους βλά-
στει καὶ αὐ-
τὰ καὶ τὴν
ἀφροδίτην.
i. & ad o-
mnibz
racibus
cummel-
le pro ec-
legmate
ularpatuz
Facit et-
iam ad
phthisim
comestū,
sed & ar-
teriam
purgat.

PORRUM SECTILE.

PORRUM COMMUNE.



Porphyry

Porrum, quod copiosum quadragesimalis nostri jejunii tempore plerumq, in foris olitorii una cum oleribus venale copio-
 fideratio. sumq, reperitur, omnibus notissimum est. Caterum etsi magnopere laborent horum cultores, ut eorum porri, longi,
 crassi, candidi ac teneri evadant, nesciunt tamen eos capitatos efficere: quamvis ii apud veteres in frequentissimo usus-
 Capitatu sent, quod longis qui proprie sectivi appellantur, sapidiores, gustuq, gratiores haberentur. De his igitur tanquam prastan-
 portum. tioribus scripsit Dioscorides, non tamen quod a sectivi genere differrent, e quibus mangonio capitati sunt, regula in trans-
 plantatione supposita, incisus prius ante medullam foliis, ne adolendi facultas in sublime feratur, nec ad radices, sed in ipso
 capite confideat: vel sarculo convellantur radices, ut delumbat a latant, neq, distrahant, ut scriptum reliquit Plinius lib. 19.
 Sectivum cap. 6. Quae quidem Columella accepta referre debemus: Quippe qui lib. 11. de re rustica cap. ultimo: Porrum, inquit, si se-
 portum ctivum facere velis densius satum praeceperunt priores relinqui, & ita cum increverit, secari: sed nos docuit usus longe me-
 ex Colu- lius fieri si differat, & eodem more quo capitatum modicum spatium, id est, inter quaternos digitos depangas, & cum conva- 10
 mella fa- lucri de feces. In eo autem quod magni capitis efficere voles, servandum sit, ut antequam translatum deponas omnes radi-
 ciendum culas amputes, & fibrarum summas partes intondeas: tum testula vel conchula quasi sedes, in singulis subjecta seminibus
 adobruuntur, ut fiant capita latioris incrementi. Cultus autem porri capitati assidua sarritio, & stercoratio est, nec alius
 Porri de- tamen sectivi, nisi quod toties rigari & stercorari sarritq, debent, quoties demeritur: hac ille. Est Porrum capitatum fo-
 script. liis allio similibus. Latioribus tamen, ac longioribus, carnatis, & in acumen desinentibus. Cervix illi longa bulbosaq, can-
 didans, crassiori summitate: radicibus multis usq, tenuibus capillata, & numerosis tunicis circumpecta: binum in caulem
 profilit, capae modo, longum cavumq, floribus in cacumine in orbem conglomeratis: semine nigro, capaceo non absimili.
 Porri fa- Seritur in hortis. Illinuntur decocta folia ad tumentes, dolorificasq, haemorrhoidas, magno sane auxilio. Folia melle sub-
 cult. Mat- acta illinuntur utiliter ad phalangiorum & caterarum venenosorum iclus: caput cum cervice coctum, & ex melle delin- 20
 thiolo. ctum, praestat ad omnia tracheae arteriae, & pectoris vitia. Sumitur sub cineribus tostum, ad fungorum venena. Crapulam &
 ebrietates discutit. Semen ex passo porum, urinae difficultates solvit. Porrum non transplantatum cum terrenis vermibus, in
 oleo decoctum ad tertias, contumacia aurium ulcera sanat, si quotidie oleum in aures infundatur. Porri facultates recen-
 Porri fa- suit Galenus lib. 2. de alimentorum facultatibus, ubi simul etiam de allio, & capis agens, sic inquit: Harum plantarum ra-
 cult. ex- dicibus percrebro vescuntur homines. rarius caule foliisq, acri admodum facultate praeclatis pro radicum portione. Corpus
 Galeno. exsalfaciunt, & crassos in eo humores extenuant, glutinososq, incidunt. Bis tamen aut ter in aqua decocta, acrimonia spo-
 liantur, quanquam ne sic quidem vim perdunt extenuandi. Verum facultatem quandam obscurissimam alendi corporis
 exinde acquirunt, cujus antea, quam decoquerentur, nihil prorsus obtinebant. Caterum allium non modo ut obsonium, ve-
 rum etiam ut medicamentum sanitati accommodum, quod obstructa solvere & discutere possit, usurpatur. Aliquantisper
 elixum, usq, dum acritudinem abiciat, viribus quidem suis imbecillius sit, sed succi pravitatem non amplius servat, quem-
 admodum nec porri, nec capae, cum his fuerint decocta. Porrum SECTILE non differt a capitato, nisi quod a capite sit te- 30
 niore ac etiam cervice. Ea omnia praeferre valet, quibus capitatum pollere diximus. $\pi\alpha\sigma\sigma\alpha\tau\alpha\iota$ id vocant Graeci,
 quod Latini Porrum capitatum: Arabes, Curat seu Kurat: Itali, Porro Capitato: Germani, Lauch: Hispani, Puerro: Galli,
 Porreau. Porrum sectile, Graecis, $\pi\alpha\sigma\sigma\alpha\tau\alpha\iota$: Italis, Porro minore.

Ἀμπελόπρασον.

AMPELO PRASUM.

CAP. CXLIV.

Ampeloprassum stomacho magis quam porrum adversatur: plus autem excalfacit, urinam & menses
 vehementius ciet. Id contra serpentium morsus esse convenit.

I. AMPELOPRASUM.

* II. AMPELOPRASUM
proliferum. *

Provenit

Provenit agreste porrum plerumque in vineis, unde à natalibus ἀμπελόπρασον quasi vineale porrum, Græci appellantur. Agrestis porri consider. Nascitur hoc in universa Hetruria non solum in vineis, sed etiam frequens admodum secus sepes in agrorum marginibus, & in amœnis collium locis. Rura nostra ipsum vulgari sermone appellant Porranello. Porri faciem representat, sed foliis, cervice capitq; longè minoribus, & ad mandendum durius acrimq; Estur à rusticis, & agricolis in acetariis crudum, recentis allii vice: quanquam mansu durius sit, gustu acrim, & concoctu difficilis. Est præterea Ampeloprasum (ut lib. 6. simplicium medicamentorum prodidit Galenus) acrim & ficius domestico, sicut agrestia omnia reliqua domestica: ac proinde stomacho, quàm illud nocentius: sed & crassos, ac lentos humores potentius incidit, valentiusq; infarcta organa obstructione liberat. Hac quoq; ratione urinas, & menses sæpe provocavit, ubi à crasso & lentis retinebantur humoribus. Adeo vero est calidum, ut illitum cataplasmatibus modo exulceret. Dicitur est autem ante, quod quæcum in modum sunt calida, extremi sint ordinis: hæc tamen Galenus. Ceterum illud silentio haud dissimulandum puto, quod Galenus minus fortasse recte id tribuerit Ampelopraso, quod nominis significationi reclamatur, & potius scorodopraso competere videtur, cum loco citato inquit: Si inter allium & porrum medium quiddam concipias, facultatem ampeloprafi inveneris. Quandoquidem scorodoprasum, teste infra Dioscoride, ut allii & porri vires, ita & nomen sibi vendicavit: ampeloprasum vero dictum est, quod in vineis nascatur. Id quod ipsemet Galenus confirmat libro 8. simplicium medicamentorum his verbis. Scorodoprasum sicut gustu, & odore mediam allii & porri qualitatem possidet, ita et vires. Et lib. 2. de alimentorum facultatibus: Ampeloprafi (inquit) à porro tanta est differentia, quanta in aliis congeneribus plantis inter sylvestria & sativa invenitur. Sunt qui hoc in totum sequentem annum reponant, aceto condientes, haud aliter quàm capai, eaq; ex parte cibo commodius, & pravo minus succo obnoxium efficitur. Quod ἀμπελόπρασον Græci, Latini Porrum agreste, & Ampelo- Nomina. prasum dicunt: Mauritanii Nabati: Itali, Porro salvatico & Porranello: Germani, wild Lauch: Hispani, Ayo & Pu- 20 erros de las vinhas: Galli, Porrée de chien, sive Porreau sauvage.

Ampeloprasum PROLIFERUM, ex radice rotunda candicante oblongis fibris capillata, caulis exsur- 30 git cubito minor, viridis, rotundus, lævis baccis, in quo quaternæ plerumq; folia oblonga, angusta: caulis summitati caput insidet, duabus membranis laxis in oblongam caudam ambeuntibus obvolutum, quibus apertis in medio quasi bulbi simul congesti conspiciuntur, unde flores purpurascens, ex oblongis pediculis dependentes prodeunt: quibus succedunt quasi cornicula semen nigrum continentia. Hujus plures differentia, de quibus in historia nostra. Hoc Ampeloprafi Matthioli nomine Camerarius in sua editione exhibuit, & Ampeloprasum proliferum Lobelo dicitur: cui simile Allium, sive Moly montanum secundum gramineo folio, Clus. Pan. & Bulbi sylvestris species prima apud Cæsalpinum.

Κρόμμυον.

CÆPA.

CAP. CXLV.

Cæpa longa acrior est, quàm rotunda, item flava quàm candida, & sicca quàm viridis, & cruda quàm cocta, aut sale condita. Omnes tamen mordent, flatus gignunt, appetentiam invitant, sitim movent & extenuant, fastidium pariunt & expurgant, alvo utiles sunt. Eæ detractis purgamentis in oleum conjectæ, hæmorrhoidas, reliquosque excretionum exitus referant, subditæ pro balanis. Succus cum


CÆPA CAPITATA.

CÆPA SECTILIS.

40

50

60



melle

- Quandoquidem forma alia majores, alia minores, quadam longae, quadam rotundae, quadam vero sessiles proveniunt. Si-
cut colore rubentes, & subrubentes alia, quadam virides, & candidae nonnullae. Quin & sapore vel acerrime, vel medio-
cri acrimonia praeita sunt, aut nihil penitus acres inveniuntur. Omnium maxima sunt, quae Gajeta Romam importan-
tur. Haec tamen si ad summum rubescant, ac crassioribus tunicis compactae sint, leviuscula tamen acrimonia pollent man-
sueta, tenerrime comperiuntur: ob idque in cibis ceteras antecellunt. In Hetruria ea minus acres notantur, quae magis rubent:
contra vero albae, quippe quae omnium ibi acerrime proveniant. Quam ob causam ad medicamenta potius, quam ad cibos
servantur: quanquam secus sortasse in Graecia eveniat, quod flavas candidas aciores esse memoret Dioscorides. **Capa scitilis**, foliis exit, caule, floribus & semine, vulgaris capa similis, sed longe minoribus, tenuioribusque. Bulbus vero ac
cervice, oblongus, tenuibus & minime capitatis: ob idque, germinatio tota in foliis, sapiusque, retinetur, ut porrum. Seritur
in hortis ad obsonia, & condimenta paranda. Iisdem pollet facultatibus, quibus vulgaris capa datur. **Capa Fissilis** facie tota
Ascaloniam refert, nisi quod omnibus suis partibus major spectatur. Bulbi plures ab una tantum radicum coma
oriuntur, longa tenuique, cervice nitentes, Ascalonia modo, sed acredine differentes. Habentur passim in hortis, in Hetruria.
Ea omnia possunt, quae & cetera genera. Connumerantur etiamnum inter caparum genera (ut locis supra citatis Theo-
phrastus & Plinius testantur) quae **Ascalonia** ab Ascalone Judae oppido appellantur & quibus similes sunt, Theo-
phrasto scitiles nominatae, nobis vero in Hetruria vulgo Cipolle maligiae. **Ascalonia**, foliis provenit tenuibus, lon-
gis, teretibus, fistulosis, in acutum desinentibus, cervice pariter tenui, bulbis numerosis, ab imo radicum cespite prodeuntibus.
paulo nucis avellanae majoribus, parvi fici faciem representantibus, sapore admodum acri, haud tamen ingrato. Seruntur
Ascaloniae capa in hortis ad ciborum condimenta. Excalfaciunt & siccant: incidunt, aperiunt, provocant, deiciunt. Non
solum ea omnia praestare possunt, quae cetera caparum genera, sed cibi appetentiam faciunt: vermes in testinorum necant,
& caput non adeo ledunt. Datur Capa utiliter devoranda, elixa, aut sub prunis tosta, cum saccharo, anhelosis, asthma-
ticis, & tussentibus, addito butyri momento. Excavatur alba ea parte, qua sunt radices, & praestanti repletur Theriaca,
citrei mali succo subacta: & deinde occluso foramine, sub calidis cineribus coquitur, donec probe fuerit macerata: deinde
premitur & excipitur cremor, in sanè perutilis, qui pestilentia laborant, sed illico sudare oportet affectos. Excavatur item,
& cumini pulvere repleta coquitur, & exprimitur eodem modo, instillaturque, utiliter succus ad aurium surditatem. Cras-
sior Capa squama sub ferventi cinere tosta, antiquum capitis dolorem sedat, ubi frustulum calidum in dolentis lateris
aurem introducatur, super asperso rosaceo & laurino oleo, succidaque, addita lana, quae totam operiat aurem. Capa saccus
cum acerrimo aceto mistus, sanguinem è naribus manantem sistit, is immittitur. Capa (ut Memoria prodidit Gal. libr. 7.
simp. med.) ex quarto est ordine excalfacientium: essentia autem ejus potius crassarum est partium. Unde etiam hemor-
rhoidas aperit tum apposita, tum cum aceto inuncta. In sole alphas abstergit, tum alopecis attrita pilos alcyonto citius re-
stituit. Porro si succum ejus exprimas, quod reliquum est, admodum terreae substantiae est, ejusque calida: at succus aquea,
aëreaque, caliditatis. Hic igitur is, qui suffusi sunt, aut aciem oculorum obrusam praecrasitudine humorum obriunt, inun-
ctus prodest. Ex hujus temperatura tota capa flatuosa est manducata. Itaque, quae temperatura sunt siccior, minus flatuum
generant: hac Galenus. Quod autem Capa corporibus praebeant alimentum, supra in porri mentione retulimus ex ipso
Galeno, qui de iis simul disseruit, lib. 2. de alim. facult. **Κεράμωρον** Graece, Capa & Cape Latine vocatur: Arabice Basil seu
Bassal: Italicè Cipolla. Germanicè Zwickel: Hispanicè Cebolha: Gallicè Fiboule & Oignons. Capa scitilis, Graecis κερα-
μωρον κνήδον: Italis Cipolle settivole. Capa fissilis, Graecis κρημνωρον κνήδον: Hetruscis Cipolle maligae Capa Ascalonia,
Graecis κρημνωρον ασκαλωνίων: Italis Scalogna.

Συγγραμ.

ALLIUM.

CAP. CXLVI.

- 40** **Allium** quoddam sativum atque hortense habetur, quod in Aegypto, singulari ut porrum capite con-
stat, dulce, in purpureum vergens, parvum: reliqua vero magna & candida, ex pluribus coagmen-
tantur nucleis, quos aglithas, id est spicas, Graeci nominant. Aliud est sylvestre, quod ophioscorodon: id
est anguinum, vocant. Vis allii acris est: excalfacit, mordet, excernit, alvum turbat, inflationes facit, sto-
machum exiccat, sitim gignit, flatum permover, summam corporis cutim exulcerat: aciem oculorum
esu hebetat. a [Eosdem effectus praebet anguinum, quod & elaphoscorodon dicitur] latas ventris ri-
neas in cibo sumptum abigit, urinas detrahit: contra viperarum ictus, & privatim haemorrhoides, prodest,
ita ut non aliud magis, si cum vino jugiter assumatur, aut tritum in eodem ebibatur: contra rabiosorum
morsus, & illitu & cibo valet. Magnae & allio utilitates contra aquarum mutationes: vocem clarificat:
veterem tussim crudum coctumve lenit: potum autem cum origani decocto, pediculos & lentes enecat:
50 cremati cinis illitus fugillationibus cum melle, & alopecis cum nardino unguine, medetur: eruptiones
papularum cum oleo & sale sanat: vitiligines, lichenas, lentigines, ulcera capitis manantia, lepras & fur-
fures, cum melle eximit: cum thure & teda decoctum dentium dolorem levat, si in ore contineatur:
contra venenatos muris aranei morsus, cum ficulneis frondibus & cumino illinitur. Fervescit comae
ejus, foeminarum deflectionibus additum, menses & secundos partus extrahit. Allium ejusdem gratia suf-
fitur. Factum ex eo & nigra oliva intritum, quod myttoton vocant, esu citurinum, ora venarum patefa-
cit, hydropicis utile.
- 60** **Allium** vulgare est notissimum. Duum est generum: Sativum & sylvestre. Hujus plura sunt genera, nempe Ophioscoro-
don, Elaphoscorodon: ursinum & Anguineum alterum. **SA TIVUM**, foliis provenit porro similibus minoribus ta-
men, cervice longa, capite bulboso, quod pluribus coagmentatur nucleis sive spicis, sapore acri, sed ori non ingrato. In hortis
& campis seritur. Ceterum quanquam scribit Dioscorides Allium, quod non coherentibus nucleis sive spicis, sed singulari
& solido capite constat, in Aegypto nasci: ejusmodi tamen & in Hetruria, & in compluribus aliis Italiae locis provenit,
ibi, Allium mas appellatur. Allii meminit Theophrastus lib. 7. cap. 4. de plant. histor. sic inquit: Allium ante solstitia,
aut paulo post solstitia seritur nucleatim divisum. Discrimen eorum, quod aliud praecox: aliud serotinum: est enim genus
quoddam ejusmodi, ut sexaginta diebus perfici possit. Differunt praeterea magnitudine singulari. Cyprium vocatur ma-
phrasto.

Caparū
varie spo-
cies.Ascalo-
nia.Capa-
rum vires
Matth.Capa-
rum vires
ex Gal.

Nonina.

Conclusa
ita legit
Ori. 2. de
κρημωρον
κνήδον, i. can-
dido ac-
tenui,
a Catae.
E' λαφο-
σκόρον οί-
δι αγγε-
σκόρον,
F' αμα-
κνήδον κρη-
μωρον. Φύ-
λοις αὐτοῦ
τοῖς κρη-
μωροῖς καὶ
τοῖς οἰσ-
κώροισι,
σκόρον,
δυσκορὸν
ἔχει διὰ
μοῖαν, ἡρ-
μωρον, ἡρ-
μωρον.

N n

ximè

I. ELAPHOSCOR. OPHIOSC.
& Allium domesticum.

II. ALLIUM ANGUINUM.



III. ALLIUM URSINUM.

Allium
sylvestre.Arabum
lapsus.

runt, allium sylvestre in pastillos theriacos addiderint, & in illius locum suffecerint, non minus vocabulorum vici-
nitate, quam imperitia decepti, ut sequenti libro in scordii mentione (Deo favente) latius explicabimus. Porro
Brafavo- illud hic silentio non dissimulandum duxi, ne forte seplasiarius imponat, quod Brafavolus aperte falli deprehenditur libro
li error. suo de simplicium examine Romae prius excuso, ubi sylvestre allium ampeloprason sive scorodoprason à rei medica aucto-
ribus appellari scribit. Quia in re non uno tantum, meo quidem iudicio, sed duplici, pace ejus dixerim, notatur erro-
re. Primum quod existimaverit, allium sylvestre scorodoprasum vel ampeloprasum esse. Deinde quod certo credide-
rit, am-

ximè tale est, quod non decoquunt, sed in myrtotis utuntur: &
cùm tunditur, mirum quam spuma increseat. Quin & illud diffe-
rentiam facit, quod quedam non nucleus coagmentantur. Dul-
cedo autem, & odor & crassitudo, eorumq; causa, tempore, cul-
tuq; penè videntur contingere ut etiam aliorum. Perfici etiam
semine potest, sed tardè: primo etenim anno caput accipit porri, 40
seque discerni in nucleos incipit, tertio redditur perfectum
nec quicquam deterius, sed etiam quidam vel deposito melius id
existimant. Radicis autem Allii, aut cepa baud similis ortus fieri
solet: allii namq; cùm nucleus extumuerit, tota intorquetur: &
hinc aucta in nucleos rursus discernitur, atq; ex uno plura effi-
ciuntur, dum caput consummatur. At Cepa continuo ab radice
aliud atq; aliud obducit, ut & bulbos, & Scylla, & ejusmodi
omnia. Etenim allia & cepa, si non evellantur, plura indies fi-
unt. Super fistula quoq; & allium capitari posse, & Cepa affir-
mant: haec Theophrastus de allio domestico. SYLVESTRE 50
verò, quod Graci ἰσχυρόν ποδόν, id est, anguinum allium vocant,
ubiq; in montibus praesertim, & collibus nascitur, singulari capi-
te constat, nullis divisum nucleis, sativo longe minus, sed odore
& sapore illi persimile: foliis angustioribus, gracili caule: in cu-
jus cacumine flos emicat, ex rubeo purpurascens, à quo nigrum
gignitur semen. Simile huic habetur, quod ἰδαίον ποδόν (Gra-
ci vocant, id est, cervinum Allium) appellatur. Quare utramq;
una cum domestico, quod medium locum tenet, hic appingi cu-
ravimus. Atqui cùm ophioscorodon aliquando in montibus le-
gerem una cum aliis herbariis, nobis occasionem praebeuit lo-
quendi de errore detestando, in quo turpiter versati sunt A-
rabes, & eos secuti: quod pro scordio herba, qua trissaginem
foliis emulatur, de qua Andromachus, & Galenus intellexe-
runt, allium sylvestre in pastillos theriacos addiderint, & in illius locum suffecerint, non minus vocabulorum vici-
nitate, quam imperitia decepti, ut sequenti libro in scordii mentione (Deo favente) latius explicabimus. Porro
Brafavo- illud hic silentio non dissimulandum duxi, ne forte seplasiarius imponat, quod Brafavolus aperte falli deprehenditur libro
li error. suo de simplicium examine Romae prius excuso, ubi sylvestre allium ampeloprason sive scorodoprason à rei medica aucto-
ribus appellari scribit. Quia in re non uno tantum, meo quidem iudicio, sed duplici, pace ejus dixerim, notatur erro-
re. Primum quod existimaverit, allium sylvestre scorodoprasum vel ampeloprasum esse. Deinde quod certo credide-
rit, am-

vit, ampeloprasum, & scorodoprasum unam & eandem plantam esse. Hi Brasavoli errores manifestè redarguuntur Dioscoridis auctoritate. Siquidem is non solum eas plantas nominibus, sed etiam capitibus & facultatibus distinxit: quem etiam secutus est Galenus licet, ut in ampelopraso diximus, huic tribuerit, quod scorodopraso tribuendum erat. In his igitur Galenus palam sit, allium sylvestre ophioscorodum appellari: sylvestre porrum, quod in vineis proveniat, ampeloprason: tertium verò, quod promiscuum allii, & porri facultates obtineat, scorodoprasum. Quare mirari subit Brasavolum virum alioqui doctissimum, quomodo is, qui simplicium medicamentorum examen conscripsit, hæc in Dioscoride & Galeno non viderit, vel non animadvertit. Ceterum plantam, quam hic novam expressimus, ANGUINUM quoque allium appellare libuit, Allium Anguinum quod radix non solum genuino allii sapore, odoreq; sit prædita, verum etiam, quod folia nigris sint maculis conspersa. Folia profert Lilio convallio ferè similia, angustiora tamen, & nigris maculis respersa: quin etiam: caulis iisdem inscitur notis, 10 Dracunculi majoris modo, quo factum est, ut à nobis allium Anguinum fuerit appellatum. Cervice nititur longa: radice bulbosa, involucri, ut in croco circumtectæ, numerosis inferna parte fibris, vulgari allii odore, saporeq; prædita. Excalfacit & siccit perinde ac Allium agreste, & suis in facultatibus illi per omnia simile existit. Nunc primum à me inventum est, dum superiori Anno M. D. LXXIII. montes qui Bohemiam à Silezia determinant, in quibus Albi fluvius originem ducit, perlustrarem. Addidimus & UR SINI allii quoq; imaginem, sed cum de viribus hæcenus nihil certi explorariq; habeamus, non est ut latius de eo sermonem faciamus. Foliis exit latis, minoris plantaginis ferè aequalibus, frequenter striatis, caulis angulosis, in quorum summitate flores sunt in umbella ferè modum se diffundentes. Radice nititur bulbosa, spicataq; lili albi modo dependentibus ima sede capillamentis. Nascitur in collibus, in sylvis, & aliquando inter segetes. Ea omnia præstare posse creditur, quæ ceteris agrestium alliorum generibus assignantur. Allium (ut Galenus inquit libr. 8. de simplicium medicamentorum facultatibus:) deficcit & excalfacit excessu quarto, quin etiam digerit, obstructions aperit. 20 rit. Ξυπόσλον, Græci, Latini Allium dicunt: Arabos, Chaum, Cairin & Thum: Itali, Aglio: Germani Knoblauch: Hispani, Ayos: Galli, Ail & Aux. Allium anguinum: Itali, Aglio serpentino. Allium ursinum: Itali, Aglio de gli Orsi: Germanis, Bär- und Hunds-Knoblauch.

Allium, ab halante gravi odore, ab Ægyptiis unà cum Cepis, pro numine habitum, Plinio lib. 19. cap. 6. auctore, & Plutarcho, qui 4. in Hesiodum commentario, cur coluerint ostendit: cujus novendecim species in Phytopinae nostro recensuimus: hæc prima figura tres proponuntur, Elaphoscorodon, Ophioscorodon & Allium domesticum, cujus genus quoddam capitibus ingentibus ex Africa adfertur: est & quoddam Amphicarpum, quod & radicem nucleis feritur, & seminibus, quæ nucleos similitudine referunt. Quod verò Elaphoscorodon appellatur, dicitur Allium Caninum, Trago, Allium sylvestre, Fuchf. 30 Gef. hor. Thal. Cæsalp. Cast. Allium sylvestre tenuifolium, Lob. & Dodo. fol. Ampeloprason, Cord. in Diosc. Loni. Allium tenuifolium, Cam. Ipsius verò Matthioli Ophioscorodon, Allium bicornè vocamus: Allium caninum alterum, Trag. Allium sylvestre alterum Fuch. Allium sylvestre majus, Dod. gal. Scorodoprason Lonic. II. Allium anguinum Matth. Lug. Allium serpentinum, Cast. Lob. cui & ophioscorodon. Allium alpinum, Gef. hor. Tab. Cam. Victoralis longa, Gef. hor. Clus. Pan. Hoc foliis est oblongis, angustioribus: est rotundis latioribus: illud femina, hoc mas censetur. III. Allium ursinum Matt. Fuch. Dod. gal. Lob. obs. Cast. Clus. Pan. Cæf. Thal. Cam. Lugd. Allium ursinum latifolium, Lob. icon. Lugd. Allium sylvestre, Brunf. Trag. Cord. in Diosc. Allium sylvestre bifolium, Arctoscorodon, Gef. hor. Allium sylv. latioris folij, Dod. folio.

40 Ξυπόσλον. SCORODOPRASUM. CAP. CXLVII.



SCORODOPRASUM magnitudine porrum æquat, qualitatè porri & allii particeps. Unde promiscuas sibi vires ex utroque vendicavit, effectus allii & porri præbens: inefficacius tamen coctum, porri modo, dulcescit, & in olerum vicem transit.

Quoniam antiquorum nullus, præter Dioscoridem, Galenum & Paulum, Scorodoprasum meminit, propterea existimat Marcellus arte & cultorum mangonio, ex allio & porro in unum sub terra colligatis, non autem natura scorodoprasum provenire. Sed hæc in re Marcellum, pace sua dixerim, cecidisse illud manifesto indicio est, quod compertum sit, legitimum Scorodoprasum natura, non mangonio factum, in compluribus Italia locis sponte sua nasci, in pratorum agrorumque marginibus, & propter sepes: ac inde postea translatum, in hortis & viridariis depositum vivere, ita ut intruentibus legitimum se ostendat, & Marcelli errorem prodatur. Crescit id porraceis foliis, quæ digitis attrita ita allium & porrum simul respiciunt, ut illorum etiam effectus præbeant, quemadmodum rectè prodidit Dioscorides, & Galenus attestatur libro octavo simplicium medicamentorum, his paucis: Scorodoprasum sicut gustu & odore mediam allii 50 & porri qualitatem possidet, ita & vires. Id Græcè Ξυπόσλον, Latine similiter, Scorodoprasum appellatur: Italice, Scorodopraso: Germanicè, Aber Knoblauch: Gallicè, Ail porreau, Scorodoprasicon- sideratio, Marcelli error, Scorodoprasivires ex Gal. Nomina.

Mem
& Cat
dis
ap
per
quod
obaridū
est & ful-
vum.

Sinapi hortense, aliqui napi vocant. *a* Eligi debet adultum, valde rufum, non magnopere siccum, sed quod fractum internè virescat, & veluti quodam succo madeat, caesium colore: siquidem recens id genus, tempestivum habetur. Ad calfaciendum, extenuandum, extrahendum, efficax est. Ad eliciendam capitis pituitam manditur: contra præduros tonsillarum tumores, ac veterem callosamque arteriæ scabritiem, succus ex aqua & melle convenienter gargarizatur: sternutamenta ciet, tritum & naribus ad-

SINAPI I.



Sinapico-
sider, ex
Plinio.

motum: comitialibus quoque auxiliatur: foeminas vulvæ strangulatu oppressas excitat: lethargicis, derafo capite, illinitur. Cum ficis admistum, donec rubescat locus, & ad coxendicum cruciatus impositum, ad lienes & omne genus doloris confert, cum permutandæ valetudinis causa ex alto vitia extrahenda sunt: alopeciiis illitum medetur: faciem purgat: fugillata cum melle, adipe aut cerato rapit: feræ impetigines, & lepræ, eo cum aceto perunguntur: contra febrium circuitus aridum bibitur, aut potui, polentæ modo inspargitur: extrahentibus emplastris, scabiemque extenuantibus utiliter admisceri solet: tritum gravitati aurium, & sonitui cum fico impositum prodest. Succus ad hebetudines oculorum, & genarum scabritias magna utilitate cum melle illinitur. Expressus recenti semine succus in sole siccatur.

Sinapi, Plinio libr. 19. cap. 8. auctore, trium est generum. Quorum unum gracili assurgit folio: alterum rapitiam frondem exprimit: tertium eruca folio laciniatur. Hæc omnia Sinapis genera observantur in Italia: Illud siquidem, quod tum folio, tum etiam semine tenui nascitur, erraticum est. Folia habet tenuiora, plura ex uno ramusculo prodeuntia, caulem rectum, firmum, asperum, scabrum, hirsutumque, à medio ramosum: corniculis numerosis atque hirsutis. Nascitur locis incultis, in campestribus, & inter rudera. Ea omnia præstare potest semen, quæ sativo sinapi assignantur. Quod verò rapi fronde constat, cæteris majus, hortense est, caulem mitit vegetum, subhirsutum, à quo ramusculi superiori parte crescunt, in quibus semen sub-rufum in corniculis provenit, acerrimo sapore, ac etiam olfactu

SINAPI II.



SINAPI III.



infestum.

infectum. Seritur in hortis passim ab olitoribus, ejusq. in officinis usus. Tertium deinde & ipsum sativum est, semine albo, minusq. acri. Folius exit sylvestri eruca similibus, frequenter laciniatis, ramis tenuibus, in caulis summitate exeuntibus, in quibus utrinque siliqua spectantur, albo intus semine, non adeo, ut in aliis generibus acri: quare non adeo ut illa exco-
 10 faciat & siccet. Itaque etsi ad omnia utile habeatur, ad quae cetera genera, imbecillius tamen est. Tritum hoc, mustoq. re-
 centi commissum, diutius ejus dulcedinem tueretur, atque eam deficere prohibet, quod ebullitionem reprimat. Eaq. propter
 qui ex Tridentino agro in Germaniam mustum comportant, hoc Sinapis genere cadis imposito, dulcedinem musti conser-
 vant. Seminis farina illinitur aceto subacta, ad serpentium & scorpionum ictus, pota autem succurrit fungorum venenis. Sinapis
 Manditur semen contra dentium dolores: datur quoq. utiliter suspiriosis & asthmaticis: sensus purgat: menstrua & uri-
 nam citet. Illinitur etiam hydropicis ex pueri impubis urina. Sordities corporis omnes expurgat: & uti nativum conci-
 20 liat nitorem, si cum ea aqua subacta fricentur ea corporis partes, quae extergenda sunt. Fit ex ea intinctus, quem Sinapis-
 mum vocant, quo velut irritamento languescens ventriculus ad appetendum cibum excitatur. Eo enim velut igniculo, mo-
 rosus palatum titillante, vorandi conciliatur aviditas, sed hujus vis confestim in sublime fertur, nec aliud magis in nates
 & cerebrum penetrat. Sinapis temperamentum tantummodo expresit Galenus libro 8. simplicium medicamentorum,
 sic inquit: Sinapi calfacit, & deficcet quarto ordine. Huic nomen Graecum Σινάπι & Νάπι: Latinum quoq. Sinapi &
 Sinapis: Arabicum, Cardel aut Chardel: Italicum, Senape: Germanicum, Senff: Hispanicum, Mostaza: Gallicum,
 Seneve. Sinapi agrum, Graecis, σινάπιν εἶδος: Italis, Senape sive Senauro salvatico. Sinapi tertium, Italis, Senape bianca
 sive Rocchetta: Gallis, Mostarde blanche & douce.

Sinapis
vires ex
Matth.Sinapis-
mus.Sinapis
vires ex
Galen.
Nomina.

- 30 Sinapi *πικρά τῶ σινάπιδος τῶς ἑσας*, oculos enim laedit, cujus septem species in Phytopinace proposuimus.
 I. Sinapi rapi folio, luteo semine, & Sinapi alterum Plinii, C. B. Sinapi primum, Matth. Lacu. Cæsalp.
 Sinapi, Matth. in icon. Gef. hort. Cast. Sinapi secunda species, Dod. gal. Sinapi sativum prius, Dod. fol.
 Sinapi hortense luteum, Lonic. Sinapi hortense, Cord. in Diosc. Lugdun. Sinapi sativum Erucæ aut ra-
 pi folio, Lob. II. Sinapi apii folio, & Sinapi gracile Plinio, C. B. Sinapi, Brunf. Sinapi luteum sativum
 alterum, Trago. Sinapi alterum, Matth. Lacu. Cæsalp. Sinapi primum, Cast. Sinapi hortense, Fuch. Dod.
 gal. Sinapi sativum, Lugd. Sinapi sativum alterum, Dod. fol. Sinapi sylv. luteum, Lonic. Sinapi agreste
 apii aut potius laveris folio, Lob. Hoc semine est vel subruffo, vel albo. III. Sinapi Erucæ folio, C. B.
 Eruca sive Rucula marina minor, & Sinapi novum, Trag. Sinapi tertium, Matth. Cast. Cæf. Sinapi syl-
 vestre, Dod. fol. Lugdun. Sinapi sylvestre minus, Bursæ pastoris folio, Lob. Eruca, Dod. gal. Eruca fativa,
 Fuch. Eruca sylv. Gef. hort. Eruca aquatica, Lonic. Luteo & albo flore est. Elegans est etiam Sinapi par-
 30 vum, siliqua aspera, cujus descriptionem in Phytopinace dedimus.

Καρίλαρον.

NASTURTIIUM.

CAP. CXLIX.

Nasturtium optimum constat esse Babylonicum. Omnium semen est acre: exco-
 40 verfatur, alvum turbat, tineas excutit, lienem imminuit, partus exanimat, menses cit, venerem sti-

I. NASTURTIIUM.

*II. NASTURTIIUM CRI-
spum latifolium. *

Nn 3

mulat,

mulat, sinapis & erucæ simile intelligitur: lepras & impetigines abstergit. Illitum cum melle lienem extenuat, favos expurgat: pulmonum vitia extrahit, forbitionibus incoctum: serpentium venenis potum resistit, atq; eas suffitu fugat: capillorum defluvia cohibet: carbunculos ad suppurationem perducit & rumpit: coxendicibus cum polenta commodè ex aceto illinitur: tumores, collectionesque discutit: emittit furunculos illitum cum muria. Herbae ad omnia eadem effectus, licet minor.

Nasturtii
consider.

* III. NASTUR. CRISPUM
Angustifolium. *

Plinius
necatur.

Nasturtii
vires ex
Matth.

Nasturtii
vires ex
Galen.

Nomina.



* IV. NASTURTIIUM LA-
tifolium. *



Nasturtium hortis familiaris & frequens herba est, tenuis, foliis parvis, laciniatis: caule tenui, sesquipedali: flore albo: semine in rubrum nigricante, folliculis rotundis ac pressis contento, ibi aspi modo, acri sapore. Seritur passim in hortu, & usurpatur ad ciborum condimenta & intinctus, & venit quoque aliis cum herbis in acetariis. Plinius auctor est libro 20. cap. 13. album & nigrum reperiri. Verum cum Nasturtium Venerem inhibere scribit, vel codicem eo in loco depravatum, vel Plinium ipsum Nasturtii naturam non recte novisse, & ideo in hoc deceptum esse crediderim, quod experimento, & Dioscoridi repugnet. Excalfacit, attenuat, mundat, aperit, urit, extrahit, resolvit, & incidit. Animum exacerere vescentibus traditur, unde animi torpore affectos ad nasturtium devorandum adhortatur adagium. Succus dentium dolorem mulcet, si calidus in aure dolentis lateris fuerit instillatus. Semen denariorum decem pondo ex aqua potum bilem subducit, capitis vitia purgat, visumq; clarificat. Nasturtii semen (ut libr. 7. de simplicium medicamentorum facultate memoria prodidit Galenus) adurentis facultatis participes est, sicut sinapi. Proinde coxendicis, & capitis dolores atque adeo quodcumq; aliud rubrificationem postulat, eo perinde atq; sinapi excalfaciunt. Misceatur quoq; remediis, quae exhibentur asthmaticis, tanquam scilicet id, quod crassos succos valenter incidere valeat: velut & sinapi Nam omnia ei simile est. Porro & herba arefacta similem semini vim possidet. Humida vero adhuc, & viridis propter aquae humiditatis admixtionem, multo semine inferior est: adeoq; sic mordacitas ejus moderata est, ut cum pane ea uti liceat, cum obsonio. *Kap. 1. de aquor* Græcis: Nasturtium Latinis vocatur: Mauritanis, Norf alchese seu Nars: Italis, Nasturtio & Agretto: Germanis, Kressen und Gartensress: Hispanis, Nasturcyo & Malpica: Gallicis, Cresson de jardin & Nasturt.

Nasturtium à narium tormento Plinio libr. 19. cap. 8. quod dividimus in hortense, pratense, aquaticum & montanum: hic de hortensi, quod triplex, latifolium, commune & minus. I. Nasturtium hortense commune, seu Nasturtium album Plinii, C.B. Nasturtium, Brunf. Matth. Anguill. Cord. in Diosc. Lon. Lac. Dod. gal. Lob. obs. Cæs. Cast. Taber. Cam. Nasturtium hortense, Trago, Fuch. Dodo. fol. Lob. icon. Lugd. Nasturtium majus album, Gesl. hort. Variat, aliud enim est foliis simplicibus, quod læve & albius: vel subhirsutum, minusque album: aliud foliis valde divisis, hocque majus & minus: illud crispum & non crispum. Quod crispum est, vel II. latifolium est, vel III. angustifolium, ut ex figuris adpositis colligere est, nec alia descriptione indigeat. Utrumq; copiose vidimus in horto Abbatiæ S. Fridolini in Seckingen, cum Reverendiss. Princip. D. Jacobæ à Sultzbach ejus cœnobii Abbatiæ, valetudinis causa adessemus, & quidem semine ex Turgavia allato. IV. Nasturtium hortense LATIFOLIUM ex radice oblōga, tenui, leviter fibrosa, caulem emittit cubitalem, rotundum, qui in alios brachiatur: folia ad radicem plura, longis pediculis donata, quæ nec divisa, nec laciniata, sed longa, integra, obscure ferrata: quæ verò in caule observantur, quemadmodum & flores & teche, vulgari Nasturtio respondent: sic & color & sapor idem. A fratre D. Johanne Bauhino, Ill. Ducis Wirtembergici Archiatro, primò accepimus.

© 1801.

Θάλασπι.

THLASPI.

CAP. CL.

Thlaspi herbula est angustis foliis, digitali longitudine, in terram versis, subpinguibus, in cacumine divisis, binum dodrantū cauliculo, tenui, non sine adnascantibus ramis: fructu circa ipsum totum, ab extremo in latius se pandente: semine nasturtii, incluso vasis lenticulae effigie, nisi quod infringitur, uni-

I. THLASPI. I.

*II. THLASPI VVLGATVM.
ferrato folio. *

III. THLASPI. II.

IV. THLASPI III.



N n 4

de no-

^a Meum de nomen accepit, flos albicat. Nascitur in semitis, ^a & sepibus, fossisq;. Semen asperi gustus exalta-
ciens: bilem utrinq; extrahit, potum acetabuli mensura: prodest ischiadicis infusum: sanguinem potu
educit, internas suppurationes rumpit: menses ciet, sed partus enecat. Alterum thlaspi tradit Cratevas,
quod aliqui Persicon sinapi vocant, latis foliis, radicibus magnis: utile ischiadicorum infusioni.
T Amet si Thlaspi, cuius hic imaginem habemus, caule jam edito, foliis non sit in cacumine divisis, cum tamen cetera
habeat notas, quas suo Thlaspi inscripsit Dioscorides, nihil impedit, quin credam id esse legitimum, & praesertim cum
jam observaverim, antea quam caulescat, ipso ineunte Vere, hoc Thlaspi folia fundere, humi accubantia, quae utrinque
circa cacumen divisa sunt, sed hac adeo fugacia sunt, ut paulo post conflaccant, & pereant. Quae autem in caule ha-
bentur, sunt quidem, ut Dioscorides inquit, angusta, subpinguia, & digitali longitudine: caule deinde est tenui, duorum
dodrantum longitudine, non sine adnatis ramulis, in quibus fructus circa ipsos rotos spectantur, nempe folliculi compressi,
lenti, aut disco similes, in quibus semen concluditur, nasturtio simile, acuto sapore. Nascitur in semitis, sepibus & fossis,
quin etiam inter rudera, & in vetustis adificiorum muris & tectis. Ideoq; manifesto hallucinatur novus quidam stirpium
censur, qui hoc Thlaspi Crateva, non Dioscoridis esse contendit. Error patet quidam Dioscorides Crateva Thlaspi scribat

* V. THLASPI SAXATILE
minori folio. *



VI. THLASPI IV.



foliis esse latis, & radicibus magnis, quibus qui non videt carere hoc nostrum, is prorsus cacutire dici potest. Atqui si planta
est, quae nobis nota sit, quaq; Crateva Thlaspi referre possit, eam ipsam ego putarem esse, quam superius statim post ra-
phanum appinximus, & Vulgarem Raphanum & Rusticanum appellavimus. Siquidem hac lata folia habet, & radices
magnas, & ad ischiadicos herba utilis est. Ceterum planta quam **THLASPI ALTERUM** vocavimus, quod ejus semen
Thlaspi alterum. Thlaspi haud ab simile videatur, foliis exit altero majoribus, latioribusq; prope caulem divisis, & per ambitum serratis:
caule firmo ramosoq;: siliquis latioribus in cacumine divisis pressisq; in quib; semen minutum continetur, aureo colore. Na-
scitur in agrorum marginibus & inter segetes. At **TERTIUM** foliis provenit a radice numerosis, oblongis, subalbicanti-
busq; minime gustatu acutis, caulibus & ramis tenuibus, tenuibusq; folliculis circumquaq; stipatis, in quibus semen Thlaspi
simile, acerrimi gustus: nascitur in agro Pragensi, locis saxosis & asperis. Floret medio Vere, & Junio mense feri semen,
acuto sapore. **QUARTUM** folia profert longa, angusta, raraq;: caulem ramosum, & folliculos in umbellis congestos, in
quibus semen. Nascitur in incultis locis & in collibus. Verum non desunt, qui existimaverint, Thlaspi, & Bursam pastoris
vulgò dictam, unam & eandem esse plantam, cum tamen hujusce Bursae pastoris folia, quae per ambitum sinuatum lacini-
ata visuntur, semenq; his, quae de Thlaspi memoria prodidere Dioscorides, & Galenus, minime conveniant: eorum sententia
prorsus explodenda videtur. Ceterum legitimum reperiri in Italia certum est: siquidem eo maxime abundat, & Goriti-
ensis ager, & Gradisca moenia, ea parte qua Sontius alluit. Nascitur frequentissimum, & acerrimum in Pago sancti Petri
non longè à Goritia, alijsq; circumstantibus locis, semine perquam acri, in folliculis incluso, in cacumine divisis, lenticula
effigie, superna parte pressis, ut Dioscorides inquit. Semen Thlaspi exaltat, exicat, attenuat, urit, extrahit, provocat,
expurgat & incidit, perinde ac Nasturtii semen. Alterius semen minus mordet, minusq; longè calfacit & siccatur, atq; etiam
cetera minus praestat, quam alterius. Tertium id quod alia genera praestat, sed non adeo vehementer. Quarti semen cum
accerrimo habeatur sapore, pariter calfacit, & siccatur, & ea omnia praestare potest, quae primi generis Thlaspi adscribun-
tur. Meminit Thlaspi Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, sic inquit: Thlaspi semen habet, & ipsum faculta-
tem acrem, adeo ut internos abscessus potum disrumpat. Menses ciet, & saetius enecat, per sedem infusum sanguinolentia
evacuans, ischiadibus prodest. Est enim aliqui tum supernè, tum infernè biliosorum humorum evacuatorium, acetabuli
mensura

Thlaspi
vires ex
Galen.

VIII. BURSA PASTORIS.



mensura potum. Ex libro primo de antidotis: Utuntur Thlaspi (inquit) quod è Creta affertur, quodq; ubique nascitur, colore inter luteum, & flavum medium, figura rotundum, exiguum adeo ut multoties grano milii cedat. Melius est autem è Cappadocia comportatum thlaspi imponamus. Hoc ad nigredinem inclinat: figuram non exalterotundam habet, & antedictum magnitudine permultum superat, atque ab uno latere parvam quandam, veluti compressionem præ se fert, unde & nomen obtinuit. Provenit autem ut hoc, ita & illud in Cappadocia quàm plurimum. Ideoque non absolute quod inde adportatur, optimum censendum est, sed quod peculiariter in Sauro nascitur, nec Cretico, nec passim nascenti simile: hæc de Thlaspi Galenus. Ex quibus satis constat, ita licet thlaspi illi, quod Cappadocia profert, non esse viribus comparandum. Reliquum est, ut de BURSA PASTORIS, cujus superius meminimus, aliquid in medium afferamus. Caules edit teretes, sesquidodrantales ramis tenuibus in summitate emergentibus, folia ejus prima verbenacæ proxima spectantur, sed quæ in caule sunt Thlaspi æmula sunt: radicem habet tenuem candidamq; flores edit in summis ramulis albos, è quibus pressæ oriuntur siliquæ, cordis ferè imaginem referentes, semine intus parvo ac minuto. Nascentur ferè ubiq; præsertimq; secus vias, in antiquis ædificiorum parietibus, in hortis & vineis, & inter rudera. Sed cum veteres nihil de hac posteritatis memoria mandaverint, ea tantum recensere, quæ à recentioribus de ejus viribus adnotata invenio, cum planta ipsa omnibus vulgò notissima sit. Est igitur Bursa pastoris ex refrigerantium, exiccantium, & adstringentium genere. Quapropter prodest attrita, & emplastri more imposita inflammationibus, & sacris ignibus. Decoquitur pluviali aqua cum plantagine, & Armenio luto. bibiturq; ejus decoctum ad intestinorum difficultatem, & ad cruentas excreationes. Herba succus recentia vulnera glutinat, & auribus purulentis infusus medetur. Sistit mensium abundantiam, si ejus, & persicaria decocto insideant mulieres, esturq; ad idem, & contra deniq; omnes sanguinis fluxiones efficax est, tam devorata quàm admota, tenui pulicula circumlita, & in oleo fixa, additur in emplastris, quæ ad capitis vulnera componuntur, & in unguentis compluribus. In calceos conjecit, & nudis pedibus pressa, auriginem tollit. Quæ herba θλάσσι Græcis, Thlaspi quoq; Latinis dicitur: Barbaris Nasturtium tectorum: Ita-

Bursa pa-
storis vi-
res Mat-
thioli.

nomina. Thlaspi: Germanis, Besenfraut: Hispanis, Paniqueso de flor blanco: Gallis, Seneve sauvage. Thlaspi secundum sive alterum, Græcis θλάσσι ἑτερον: Italis, Thlaspi maggiore. Bursa pastoris, Italis & officinis eodem nomine appellatur, quin etiam Sanguinaria aliquibus, nonnullis Herba cancri, & aliis Crispula quoq; vocatur: Germanis, Eckelkraut und Eckschellkraut: Gallis, Bourse à pasteur.

† Hoc loco Ruellius legisse videtur πανοσίdis, quod verterit lenticulæ effigie: nec temere, quod Thlaspi semen illi pulchrè respondeat. Verùm vulgati Græci codices habent ἀρνόσιdis, hoc est, disci figura.

Thlaspi à fructus forma nomen accepit, qui velut infractus & contusus est, cujus genera viginti novem in Phytopinace recensuimus. I. Thlaspi folio acuto, C.B. Thlaspi primum, Matth. Lugd. Thlaspi vulgarissimum Vaccariæ folio, Lob. Thlaspi alterum, Dod. fol. II. Thlaspi vulgatum serrato folio: hoc nobis vulgare est & dicitur Thlaspi, & vulgare Thlaspidion, Trag. Thlaspi latifolium, Fuch. Thlaspi minus latifolium, Lonic. Thlaspi alterum, Dod. gal. Thlaspi secundum, Tab. utrū hanc exprimere voluerit, Matth. & Lob. subdubitemus, siquidem similem primæ nec dum videre licuit. III. Thlaspi siliquis latis, C.B. Nasturtium quartum, Trag. Thlaspi secundum, Matth. Lugd. Thlaspi primum, Dod. gal. Lugd. Thlaspi Drabæ folio, Lob. obf. Thlaspi Dioscoridis Drabæ & Chamelinæ folio, Lob. icon. Thlaspi latius, Dod. fol. Thlaspi majus, Tab. Thlaspi platycarpon, Cam. hort. Thlaspi, Cæsalp. IV. Thlaspi saxatile, C.B. Thlaspi tertium Matthioli, Lugd. Thlaspi: ut in nostris montosis provenit, delineari curavimus. V. Thlaspi saxatile minori folio, à radice crassâ è rupium fissuris prodeunte, caules exsurgunt sesquipalmares, etiam breviores, tenues, qui aliquando in summo in ramulos brachiantur: folia ad radicem plura, breviora, oblonga, acuta & leviter crenata, quæ in caule pauca sunt & angustiora: in ramorum summitate flosculi albicantes, quibus succedunt folliculi copiosi, oblongis pedicellis infidentes, tenues, ex rotunditate oblongi, membranoso septo distincti, semen minutum, flavum, acre continent. Provenit in nostro monte Wasserfall: Sic & in Helvetiorum & Rhetorum alpibus. Dicitur Thlaspi tertium Saxatile, Camerario in editione sui Matthioli. VI. Thlaspi umbellatum Creticum, C.B. Thlaspi quartum, Matth. Lugd. Arabis sive Draba, Dod. gal. Gef. hort. Lugd. Draba sive Arabis, Dod. fol. Thlaspi Creticum, Gef. hor. Tab. Cam. Clus. Pan. Cæf. Thlaspi Candia umbellatum Iberidis fol. Lob. In hac figura folia inferiora Iberidi similia, sunt à pictore omissa: flore est communiter purpureo, aliquando albo, luteo nondum vidimus. VII. Thlaspi villosum: Ex radice tenui oblonga albicante, caulis pedalis, unicus rotundus, villosus seu hirsutus exit, ad cujus exortum folia octo vel decem humi strata, longis pediculis donata, cuspidè orbiculata, hirsuta: quæ verò caulem cingunt, longè breviora sunt, pediculis carentia, latiorq; basi ipsum amplectentia, horumq; quædam leviter crenata: flores obtinet albos quatuor foliolis compositos, quibus succedunt siliquæ satis magnæ, hirsutæ, compressæ, superiore parte fissæ, ex quarum medio apex prodit: utriculis duobus donantur, in quibus granula aliquot rufescentia, acri sapore prædita continentur. Hoc anno 1577. legimus (licet & MonsPELLULI sponte proveniat) in Patavino horto Thlaspi

* VII. THLASPI VILLOSUM. *

Nemosa.

Draba
consider.Draba
Diosc. a-
dulterinaDraba
Serapion.

Thlaspi pilosi nomine: verum cum hirsutie canescat, villosum appellare lubet. Hujus semine olim in Italia pro veri Thlaspeos semine usus fuit, sic dictante Nobilis. Jacobo Antonio Cortuso, Patr. Patavino, hortique Medici ibidem nunc praefecto. VIII. Bursa Pastoris major, folio sinuato, C.B. Bursa pastoris major, Brunf. Trag. Gef. hort. (cui & Thlaspi fatuum) Taber. Bursa pastoris, Matth. Cord. in Diosc. Lac. Lob. Cae. Thal. Cast. Lugd. Pastoria Bursa, Fuch. Dod. gal. & folio. Sunt & Bursae aliquot species, ut in Phytopyrace monuimus.

A'patis, u' Δ'patis.

ARABIS, SIVE

DRABA. CAP. CLI.

Draba herba ad cubiti altitudinem assurgit, tenues spargens ramos, & ex utroque latere folia, ceu lepidii, sed molliora, & candidiora. In cacumine vero sambuci umbellam gerit, candidos flores habentem. Herba haec cum pitana coquitur in Cappadocia maxime. Semen aridum pro pipere obsoniis admiscetur.

Draba caput multis sane argumentis conspicuum est, esse Dioscoridi adulterinum. Nam si primum planta nomenclationem expendamus, illam quidem facile coniciemus, (ut Marcellus recte animadvertit) nec Gracam esse, nec Latinam appellationem. Deinde cum nec apud Galenum, Oribasium, Paulum, Aetium, aliosque Gracos auctores, quicquam de Arabi, Draba scriptum reperitur, hinc facile conici potest, Drabam Dioscoridi esse adulterinam. Ad hac illud quoque, rem sic se habere, maxime arguit, & ab aliquo Dioscoridi additam esse

Drabam, quod bis in Graco exemplari manuscripto in secundo hoc libro habeatur, tum ut hic statim post Thlaspi, tum etiam post Glastum, ad libri calcem intrusa: sed istuc Arabis appellatur, & aliis istuc de ipsa traditur, etiam iisdem verbis, ut nec de nomine, nec de re satis constet, maxime cum apud nullum alium scriptorem, neque Draba, neque Arabis mentio fiat. Ceterum quocumque modo res se habeat, mihi dubitandum haud quaquam fuerit, quin planta, cujus hic imaginem expressimus, legitima genuinaque sit Draba hoc in loco addita. Drabam Serapio Nasturtii generibus adjecit, & eam Nasturtium

I. ARABIS, SIVE DRABA.

* II. DRABA LUTEA. *



orien-